Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



morte de manu tua. erit anima
tua erit pro anima eius, et filius
tuus pro filio eius. Reuersus
est igitur rex israel in domum suam
maerens et grauatus. et furabundus
ingressus est in samariam.

Capitulum xxi. libri primi

Post verba autem hec
factum est. vinea erat
nabaoth iezrahelite
qui erat in iezrahel. iuxta
palatium achab regis sama-
rie. Locutus est ergo achab
ad nabaoth dicens. Da michi
vineam tuam. vt faciam michi
hortum holerum. quia vicina est
domui meae. Dabo que
tibi pro ea vineam meliorem aut
si tibi commodius putas ac
genti pecuniam quantum digna est.
Cui respondit naboth. Propitius
sit michi deus ne dem he-
ditatem patrum meorum tibi. Re-
ditus ergo in domum suam in
indignatione et tristitia sup verbis
quae locutus fuerat naboth
iezrahelites dicens. Non do
tibi hereditatem patrum meorum. et
projecit se in lectum suum auertit
faciem ad parietem. et non co-
medit panem. Ingressa est
autem iezabel vxor eius dixit
ei. Quid est hoc vnde
ira tua grauata est. Et
quare non comedis panem.
Cui respondit ei. Locutus sum na-
both iezrahelite et dixi ei.
Da michi vineam tuam. accep-
ta pecunia. aut si tibi
placet. dabo tibi vineam pro
ea. Et ille ait. Non do tibi
vineam meam. Dixit ergo
ad eum iezabel vxor eius.
Quando austeritatis es et
bene regis regnum israel. Surge
et comede panem et equo
esto animo. ego dabo tibi vi-
neam iezrahelite. Scripsit
itaque litteras ex nomine achab et
signauit eas annulo suo. et
misit ad maiores natu et
ad optimates qui erant in ciuita-
te eius. et habitabant cum na-
both. Erant autem erant ista
scripta. Predicate ieiunium et
date sedem naboth inter primos
populi. et subministrate duos vi-
ros filios belial contra eum
et falsum testimonium dicant.
blasphemauit deum et regem. et e-
ducite eum. et lapidate eum
moriatur. Fecerunt ergo ciues
eius maiores natu et op-
timates qui habitabant cum eo
in ciuitate sicut preceperat eis ie-
zabel. et sicut scriptum erat in
litteris quas miserat ad eos. Pre-
dicauerunt ieiunium et sedem
fecerunt naboth inter primos
populi. et adducti duobus vi-
ris filijs diaboli fecerunt eos
sedere contra eum. et illi testes vi
diaboli dixerunt contra eum
testimonium coram multitudine.
Naboth blasphemauit deum et regem.
Quem obtulerunt extra
ciuitatem et lapidibus mo-
lestauerunt. Misitque ad iezra-
bel dicentes. Lapidatus est
naboth et mortuus est. Fac-
tum est autem cum audisset iezra-
bel naboth lapidatum et mor-
tuum. Locuta est ad achab.
Surge et posside vineam na-
both iezrahelite qui noluit
acquiescere et dare tibi ea
accepta pecunia. Non enim
viuit naboth. sed mortuus est